

- nominetur hæres; liberum enim est testatori quomodo voluerit disponere, l. 1. C. de Sacros. Eccles. cum similibus.
- 14 Probatur secundo, nam minimè differt, quod quis ore proprio vel alieno hæredem nominet; nam certum est stipulari posse nomine præsentis, l. procuratori præsentis, ff. de verb. obligat. cum tamen non nisi utroque loquente stipulatio contrahatur, l. 1. ff. de verb. obligat. Et eo loci concedunt Doctores stipulationem per interpreté. Menochius d. conf. 45. num. 2.
- 15 Confirmatur ex l. 1. & 2. C. de sentent. ex brev. recit. ubi sententiæ proferri à iudice dicimus cū recitante scriba, vel notario iudex recitatione facta ait: & ita iudico, & pronuntio. Ita Baldus in d. l. iubemus num. 6. Menochius num. 3.
- 16 Rursus facit, quod cum testes testamento rogati debeant esse, Authent. rogati, C. de testam. sufficit, quod à notario vel ab altero rogentur testatore præsentem. Iason in l. servi electione n. 41. de legat. 1. Corneus conf. 176. in fin. vol. 3. Craveta conf. 117. n. 2. Surdus conf. 414. n. 25. & 26. Menchaca de success. creat. §. 13. nu. 77. Anton. Petra de fideicommissis

quest. 12. num. 187. Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 1. num. 4. Grafus §. testamentum quest. 58. num. 5. Simo de Pre-tis lib. 2. interpret. 1. dub. 2. solut. 3. num. 40. Et plures relati infra cap. 25. num. 8. & 9.

17 Tertio probatur ex l. fin. ff. & C. si quis aliquem testari prohibuerit, ubi verbis, & blanditijs potest quis testatorem inducere, ut eum instituat. Eleganter Molina de iustitia, & iure tract. 2. disput. 135. lit. D. ubi quod blanditijs, & precibus flectere testatorem, ut aliquem hæredem aut legatariū instituat, quæ alioquin non foret institutus, modo mendacia, aut fraudes non interveniant, non efficit dispositionem invalidam; quo niā blanditiæ, & preces non efficiunt involuntarium, quemadmodum efficit metus, & voluntas tunc non impeditur, sed tantum incitatur, & promovetur. Petrus Pechius de testamentis coniugum cap. 3. numer. 1. Latissimè omnes scriptores antiquos cumulans, quos longum esset referre. Farinacius de falsitate quest. 161. numer. 86. Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 17. numer. 13. Alciatus lib. 2. Patergon cap. 31. Gaillius lib. 2.

observat. 117. n. 4. Menochius de Arbitrarijs lib. 2. casu 395. num. 42. Gratianus cap. 659. num. 4. Cevallos commun. q. 348. num. 5. 6. 7. & 8. Castillo lib. 3. cap. 1. ex num. 112. & lib. 4. cap. 21. num. 107. Thomas Sanchez de matrimonio lib. 4. disput. 7. num. 8. 9. & 10. Noguerol allegat. 25. num. 82. Cabreros de metu lib. 2. cap. 20. n. 76. & cap. 9. n. 42. Petrus Surdus conf. 373. n. 2. & per totum lib. 3. Franchis decis. 180. Raudensis decis. 45. n. 33. part. 1. Et est l. 27. tit. 1. part. 6. in versic. Oporende mãdamos, iuncto versic. Empero si fuerga nin premio ninguno no lofiz ie esse, mas rogãdo le cõ buenas palabras le aduxesse.

19 Quarto probatur, nam idem est nominare proprio ore hæredem, & consentire in nominato per alium, l. si defensor. 10. §. qui interrogatus, ff. de interrogator. actionib. ibi: Hic enim magis eum puto ad interrogationem respondisse, §. prateas ibi: Nã si hoc solū respondeas promitto: breviter videris in eandem diem, vel conditionem spondisse, §. quoties sibi: Siquidem promissor simpliciter respondeat, dare spondeo, propter omnes tenetur. Instit. de inutilib. stipulat. l. Pamphilo, §. propositum, ff. de legatis 3. ibi: Etiam ipso testatore

interrogato an ea dixisset. l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas, C. qui testam. fac. poss. ibi: Quam susceptam testatori recitavit tabellarius simul, & testibus, & eloquium ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi sui quæ lecta sunt disposuisse sententia. Itaque licet ore proprio non nominet testator hæredem, nec illum propria manu scribat, valet hæredis institutio, quia ipse, & testes certi sunt de eius nomine. Nil mirum inquit Matienz. si idem in specie de qua agimus statuatur.

Denique facit, quod si de testatoris voluntate constat, semper, & ubique inspiciendum est, ut ad effectum perducatur, l. cum ita, §. in fideicommissis, ff. de legat. 1. l. ex facto §. verum, ff. de hæred. institvend. l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstrat. Castillo tom. 4. controvers. cap. 4. nec verborum habenda est consideratio, l. labeo 7. ff. de supelect. legat. ibi: Nam prior, & potentior quam vox mens dicitur, lege hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel.

Hæc opinio prædictis iuribus corroborata maximè procedit, si interrogatio facta est à notario, quia est

persona publica, & ad officium suum pertinet, & est sine suspitione. Alexander *conf. 33. l. 3. n. 9.* Silvanus *conf. 54. n. 10.* & 13. Farinacius *conf. 97. n. 18.* Fachineus *conf. 8. n. 14.* Gamma *decif. 46.* Rota 1. part. *divers. decis. 638. n. 5.* Borrelus in *summ. tom. 3. tit. 20. n. 176.* Castillo *d. cap. 27. nu. 59. & 60.* dum tamen notarius a testatore vocatus sit; tunc quidem sine dubio testamentum valet ad interrogationem factum. Castillo *num. 70.* Farinacius *num. 8.* Silvanus *n. 10.* Cancerius *lib. 1. var. cap. 4. nu. 134.* Petrus Pechius *lib. 1. cap. 17. num. 3.* Paschalis *dict. cap. 8. num. 55.* Sforcia *conf. 76. nu. 6.*

22 Surdus *conf. 114. num. 54.* Becius *conf. 102. num. 10.* Peralta in *Rubr. de hered. instituend. nu. 81. vers. Tertia declaratio.* Si vero incio testatore, vel eo recusante vocatus sit, infra capite sequenti resolvitur casus. Et in tantum procedit dicta opinio, ut tabellio, qui scribit in testamento testatorem nomine proprio nominasse heredem, non est falsarius; nec fecit contra veritatem; quando institutio fuit tantum facta ad interrogationem per dictionem sic. Becius *d. conf. 102.* Surdus *d.*

*conf. 114. n. 26.* Laderch. Imola *conf. 93. n. 9.* Farinacius *d. conf. 97. n. 19.* & de falsitate *q. 154. part. 5. a n. 92.* Stephanus Gratianus *tom. 5. cap. 843. nu. 26.* licet contrarium fortiter teneat Salazar *de versu, & consuetudine cap. 3. num. 6.*

23 Neque obstant ea, quae pro contraria opinione supra referuntur; non primum ex *d. l. iubemus 29. C. de testamentis l. 6. tit. 3. part. 6.* Quibus respondent omnes praecipue Matienzus *dict. gloss. 16. a nu. 7.* procedere, quando non praecessit interrogatio alicuius; & licet pro forma requiratur nominis haereditis expressio, per aequipolens tamen potest adimpleri; quia non desideratur ad perfectionem actus, sed ad dubitationem seu incertitudinem vitandam. Neque vitatur actus, propter defectum eorum, quae ad certitudinem requiruntur, si alias per aequipolens certi eius rei esse possimus. Menchaca *lib. 1. de success. creat. §. 4. numer. 31.* Peralta in *Rubr. de hered. instituend. numer. 81. vers. sic. Postquam.* Matienzus in *dict. leg. 1. tit. 4. gloss. 16. numer. 7.* Azevedus in *leg. 5. tit. 4. lib. 5. ex numer. 20.* Decius in *l. si mater. Cod. de instit.*

*instit. num. 2.* Parisius *conf. 9. num. 15. lib. 3.* quia satis rei demonstrata frustra adijcitur altera demonstratio. *l. 1. §. vltim. in fin. ff. de dote praelegata. l. certum. ff. si certum petatur, leg. vbi autem, §. illud, ff. de verbor. obligat.* quinimo magis certum est, quod expressio nominis in institutione haereditis non requiritur pro forma, sed gratia demonstrationis, ut constet quis sit haeres institutus, ut bene probat Pichardus in *l. Gaius, ff. de liber. & posthum. in praeludis cap. 3. ex num. 20.*

24 Nutu autem, vel signis testamentum fieri non potest, quia ad testamenti nuncupativi valorem verba necessaria sunt; tum etiam propter incertitudinem; unde casu quo testator antea dixerit, quod volebat talem heredem instituere, & casu postea loquelam amisserit, sed nutu, & signis eum demonstraverit, validum erit ex communi testamentum, cum aperte suspitione careat, & verba a lege requisita praecesserint, ut supra *cap. anteced. num. 16.*

25 Eodem modo respondetur ad *leg. heredes palam, ff. de testamentis, & ad §. item surdus*

*neque mutus instit. illo tit. verum enim est, mutum testari non posse, quia verba nuncupationis loqui non potest, neque accire, & rogare testes; sed iam aliquibus casibus in quibus cessat incertitudo, vltimarum voluntatum favore testatur mutus, l. discretis 10. C. qui test. fac. poss. l. 13. tit. 1. p. 6. Spino de testam. in Rub. gloss. 9.*

26 Non obstant *l. 1. §. in causa ff. de questionibus,* loquitur enim in criminalibus, & his, quae per torturam extorquentur, vbi saepe metu tormentorum homines mentiuntur; *l. iubemus, C. de erogat. milit. Annon.* quia eius decisio procedit in casibus in iure expressis, non alias, *l. si vnus 12. C. de testam. potius nostram opinionem probat, ut ex verbis sibi: Ut appareat vtrum testatoris voluntate emendationem meruerint, vel ab altero inconsulto deleta sint.* Si ergo testatoris voluntate, vel eo consulto emendatum fuisset, testamentum sine dubio deficeret, *leg. hac consultissima, vers. At cum humana, C. qui testam. fac. poss. nostram probat conclusionem, ut supra num. 19. dictum est. Matienzus d. gloss. 16. nu. 8. Antonius Gomez in l. 3. Tauri num. 109.*